

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1886

1287

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

114. *Der päpstliche Legat Johannes fordert die Stadt Straßburg auf, von den Gewaltthätigkeiten gegen die Dominikaner daselbst abzustehen und ihnen binnen drei Tagen nach Empfang der Aufforderung ausreichende Genugthuung zu geben, widrigenfalls er sie mit dem Interdict belegen werde. 1287 Mai 14 Metz.*

Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus nobilibus viris . . . magistro consulibus et universitati civitatis Argentinensis salutem in domino. nostro nuper auditui horribilis et piis detestanda mentibus de vobis est oblata querela, quam referentes horrescimus, et non immerito, qui partium Alamannie curam gerimus fidelium animarum, si conquestio veritatis fulciatur suffragio, in nostris precordiis perturbamur, cernentes proch dolor inimicum humani generis sic in discordie cultura proficere, ut fideles provocet tam dire tam aspere contra fidei professores. siquidem eadem querela continebat, quod vos, qui semper inter alios partium istarum fideles erga deum et ecclesiam Christi sanguine dedicatam operum laudabilium exhibitione in puritate fidei claruistis, ad tantam prorupistis furoris audaciam, quod viros sancte religionis priorem et conventum Argentinenses predicatorum ordinis, quem ordinem universalis ecclesia, cujus in partibus istis vices gerimus, prosequitur affectibus intimis pro eo, quod inter ceteras sacras religiones deo et apostolice sedi devotas claret devotione conspicua, viros producens beate vite cultores catholice fidei et ipsius assiduos professores, eorundem sedis et ordinis reverentia pretermissa, immaniter pertractantes, violenter domos ipsorum fratrum cum securibus et horrendis clamoribus invasistis frangendo ipsius domus ostia aliasque fratribus ipsis multiplices injurias irrogando et, quod est immanius, ipsos, ut dicitur, undique reclusistis, ne ad ipsos pateat fidelibus accessus et eis omnino prohibeatur egressus, ea sola occasione, quod ipsi prior et fratres noluerunt, prout nec debuerunt nec debent a nobis in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis districte prohibiti, vobis promittere, ut de omnibus donatis vel legatis eisdem fratribus coram vobis agerent et responderent in jure et sine parentum consensu novicium nullum reciperent, domos etiam quoquomodo eis traditas venderent quodque nullius testamentum ordinandum reciperent sine consensu propinquorum quatuor morientis¹. attendat itaque vestra fidelitas, si debuit ex hoc tanta laxari sevicia, ut sic vestre fidei claritas excandessceret in fidei professores. hoc igitur omnino grave gerentes et preterire silentio nequeunt, universitatem vestram monemus rogamus et ortamur vobis qua fungimur auctoritate precipientes expresse, quatenus a detentione fratrum, a molestiis et gravaminibus hujusmodi absque mora cessantes omnino super premissis infra trium dierum spacium sufficientem emendam predictis fratribus faciatis. quod triduum a die, quo per venerabilem patrem Argentinensem episcopum vel per alium seu alios, quem vel quos ad hoc duxerit depu-

¹ Vergl. über diese Vorgänge wie über den Verlauf des Streites die kurzen Notizen in den *Annales Colmar. maj.* (*Mon. Germ. SS. XVII, 214, 215*), in den *Notae histor. Argent.* (*Böhmer Fontes rer. germ. III, 117*) und bei Königshofen (*D. St. Chron. IX, 734*). Eine Darstellung des Processes nach archivalischem Material gibt Ch. Schmidt i. *Bull. de la société p. l. conserv. des monum. hist. d'Alsace IX, 2, 178—193.*

tandos, ad premissa facienda fueritis requisiti, volumus computari. alioquin, si nostrum
mandatum neglexeritis adimplere, extunc ut exnunc vos et civitatem vestram eccle-
siastico supponimus interdicto dantes eidem episcopo per nostras litteras in mandatis,
ut ipse extunc nostram sententiam publicet vel per alium seu alios faciat publicari et
eandem ab omnibus districtius observari, volentes nichilominus, ut idem episcopus
in posteritatem eorum, qui in premissis injuriis principales fuerunt aut dederunt
consilium auxilium vel manifestum favorem, usque in terciam generationem senten-
tiam perpetue privationis et exclusionis a dignitatibus et beneficiis ecclesiasticis sicut
eque sic juste nostra auctoritate promulget, si, ut predictum est, mandatis nostris
inobedientes exstiteritis vel rebelles, ut et vos et alii pena docente discatis a tantis
excessibus in posterum abstinere. datum Melis 2 idus maji, per obitum felicis
recordationis domini Honorii pape quarti¹ apostolica sede vacante.

*S aus Straßb. St. A. Vord Dreizehn. Gew. lad. 71 nr. 11 vidim. mb. c. 2 sig. pend. laesis
ausgestellt von Marquardus decanus et Johannes de Erenberg cellerarius, archidiaconi
Argentinenses, 1287 Juni 13 (feria 6 ante Viti Modesti et Crescentie).*

115. *Der päpstliche Legat Johannes gibt dem Bischof von Straßburg den Auf-
trag, die Stadt Straßburg zu ermahnen, sie möge von den Gewaltthätigkeiten gegen
die Dominikaner abstehe und dieselben entschädigen, im Falle der Säumnis aber
gegen dieselbe das Interdict auszusprechen. 1287 Mai 14 Metz.*

Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus vene-
rabili in Christo patri. dei gratia episcopo Argentinensi salutem in domino. nostro
nuper auditui [weiter wie in nr. 114 bis quatuor morientis mutatis mutandis].
attendat vestra paternitas, si debuit ex hoc tanta laxari sevicia, ut fideles sic
excandescerent in fidei professores. hoc igitur gerentes omnino grave et preterire
silentio nequeunt, paternitatem vestram monemus rogamus et hortamur attente,
vobis qua fungimur, sub pena suspensionis, quam in vos in hiis scriptis ferimus,
si nostrum mandatum neglexeritis adimplere, auctoritate districte mandantes, qua-
tenus consules et universitatem civium Argentinensium per vos vel alios, quos
duxeritis deputandos, quos exnunc nostros facimus commissarios et nuncios speciales,
vobis eisdem ad hoc exequendum potestate compellendi per censuram ecclesiasticam
tributa, moneatis et inducatis attente, ut ab hujusmodi detentione, molestiis et
injuriis ac gravaminibus dictorum fratrum absque more dispendio cessent quodque
super premissis infra triduum a tempore vestre monitionis facte eisdem fratribus
sufficientem presentent emendam. alioquin in dictos cives et ipsam civitatem, quos
et quam volumus extunc ut exnunc ecclesiastico interdicto subjacere, si nostrum
mandatum neglexerint adimplere, sententiam interdicti per nos latam publicetis et
faciatis eandem ab omnibus districtius observari, penam nichilominus privationis et
exclusionis a beneficiis et dignitatibus ecclesiasticis in eos, qui ab eis, qui princi-

¹ Pabst Honorius IV starb 1287 April 3.

pales in eisdem injuriis fuerunt et eis dederunt consilium et auxilium vel manifestum favorem, usque in tertiam generationem descenderint, nostra auctoritate tam juste quam equanimiter promulgantes, ut et ipsi et alii pena docente discant a tantis excessibus abstinere, si, ut predictum est, infra triduum a vestra monitione computandum predictis fratribus non satisfecerint competenter. datum Metis 2 idus maji, per obitum felicitis recordationis domini Honorii pape quarti apostolica sede vacante.

S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 nr. 8 vidim. mb. c. 2 sig. pend., quorum 1 delaps. ausgestellt von Marquardus decanus et Johannes de Erenberg, archidiaconi Argentinenses, 1287 Juni 13. Auf der Rückseite der Vermerk: tenor processus legati directi domino episcopo Argentinensi wohl von gleichzeitiger Hand, die auch die Dorsualnotiz von nr. 117 schrieb.

116. Der päpstliche Legat Johannes theilt den Straßburger Dominikanern die von ihm in ihrer Klagesache gegen die Stadt getroffenen Maßregeln mit und verbietet ihnen unter Strafe des Banns, auf die Forderungen der Bürgerschaft irgendwie einzugehen. 1287 Mai 14 Metz.

Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus religiosus viris . . . priori et conventui fratrum ordinis predicatorum in Argentina salutem in domino. nostro nuper auditui [weiter wie in nr. 114 bis quatuor morientis mutatis mutandis]. hoc igitur omnino grave gerentes et preterire silentio nequeentes universitati et consulibus nostris damus litteris in mandatis¹, ut ab hujusmodi cessent molestiis et de injuriis vobis illatis per eos sufficientem prestant emendam, dantes nichilominus venerabili patri . . . Argentinensi episcopo per nostras litteras in mandatis², ut ipsos ad hoc per se vel per alios per sententiam interdicti et alias ipsorum temeritati congruentes compellat, videlicet ut posteritatem eorum, qui in predictis injuriis principales fuerunt aut dederunt consilium, auxilium vel manifestum favorem, usque in tertiam generationem a beneficiis et dignitatibus ecclesiasticis nostra auctoritate sicut severe sic juste perpetuo removeat et excludat. volumus autem et vobis in virtute sancte obedientie ac sub pena excommunicationis, quam in singulos vestrum ferimus in hiis scriptis, qui mandatum nostrum neglexerint adimplere, districte precipiendo mandamus, quatinus condiciones et pacta premissa, propter que vos taliter concluderunt, nullatenus admittatis, cum ea non solum sint contra vestra privilegia set etiam contra communem ecclesiasticam libertatem. datum Metis 2 idus maji, per obitum felicitis recordationis domini Honorii pape quarti apostolica sede vacante.

T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend.

¹ Vergl. nr. 114. ² Vergl. nr. 115.

117. *Bischof Konrad von Straßburg ermahnt gemäß dem ihm vom päpstlichen Legaten erteilten Auftrag die Stadt Straßburg, von den Gewaltthätigkeiten gegen die Dominikaner abzustechn und denselben eine ausreichende Genugthuung zu gewähren, widrigenfalls er über sie das Interdict verhängen werde. 1287 Mai 24.*

5 Nos Conradus dei gratia episcopus Argentinensis, executor a venerabili patre domino Johanne Tusculano episcopo apostolice sedis legato deputatus, secundum formam nobis traditam a venerabili patre domino Johanne Tusculano episcopo apostolice sedis legato antedicto¹ monemus consules et universitatem civitatis Argentinensis, quatenus a venerabilium virorum . . . prioris et fratrum predicatorum in domo civitatis
10 Argentinensis detentione, molestiis et injuriis ac gravaminibus eorundem fratrum absque more dispendio cessent, quodque super premissis infra triduum a presenti die nostre monitionis nunc facte eisdem fratribus sufficientem prestant emendam. alioquin nos in dictos cives et ipsam civitatem, quam prenominatus dominus legatus extunc ut exnunc vult ecclesiastico interdicto subjacere, si nostrum immo predicti domini
15 legati mandatum neglexerint adimplere, sententiam interdicti per eundem dominum legatum latam publicamus et precipimus auctoritate nobis in hac parte commissa eandem ab omnibus districtius observari, penam nichilominus privationis et exclusi-
onis a beneficiis et dignitatibus ecclesiasticis in eos, qui ab eis, qui principales in eisdem injuriis fuerunt et eis dederunt consilium et auxilium vel manifestum favorem,
20 usque in terciam generacionem descenderint, auctoritate sepefati domini legati tam juste quam equanimitate promulgantes, ut et ipsi et alii pena docente discant a tantis excessibus abstinere, si, ut predictum est, infra triduum a nostra monitione computandum non satisfecerint competenter. actum 9 kalendas junii anno domini 1287.

25 *S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 nr. 9 vidim. mb. c. 2 sig. pend. ausgestellt von Marquardus decanus et Johannes de Erenberg cellerarius, archidiaconi Argentinenses, 1287 Juni 13, mit dem Rückvermerk wohl von gleichzeitiger Hand monitio facta per dominum episcopum Argentinensem contra cives.*

118. *Bischof Heinrich von Regensburg, vom päpstlichen Stuhl gesetzter Vertreter der Dominikaner in Deutschland, gibt dem Dekan und dem Scholastikus von St. Thomas den Auftrag, Meister und Rath der Stadt Straßburg von diesem und vom vergangenen Jahre aufzufordern, daß sie den Dominikanern für die ihnen
30 zugefügten Unbilden genügende Entschädigung gewähren, widrigenfalls sie einzeln in den Bann zu thun. 1287 Mai 24 Regensburg.*

Heinricus dei gratia Ratisponensis ecclesie episcopus, conservator privilegiorum
35 fratrum ordinis predicatorum per Theotuniam et iudex contra gravamina et injurias ipsorum a sede apostolica constitutus, viris discretis . . . decano et scolastico ecclesie sancti Thome in Argentina salutem in domino sempiternam. conquesti sunt nobis lamentabiliter prior et conventus ordinis predicatorum civitatis Argentinensis, quod

¹ *Vergl. nr. 115.*

magistri civium et consules tam presentis anni quam preteriti civitatis prefate, quorum nomina sunt infrascripta, contra ipsos pauperes et inermes tumultu et manu hostili temere insurrexerunt ac portas domus sue et officinarum hostia securibus invaserunt, [interna]^a quoque ferociter lacerantes sic furoris sui inpudica vehementia terruerunt, quod vitam suam perdidisse omnes pariter putaverunt, nec hiis contenti omnes portas fractas et apertas sic tabulis ligneis et fortibus obstruxerunt, quod 5
ipsis egredi non valentibus ita quod domus eorum in carcerem est redacta. quare cum nos hujusmodi injurias et molestias tam enormes necnon lamentabiles non debeamus clausis oculis et surda aure pertransire, auctoritate apostolica premissa precipiendo mandamus sub pena suspensionis late sententie, quam ferimus per 10
presentes, sex dierum admonitione premissa, si non feceritis, quod mandamus, quatinus, si predictae injurie seu molestie in civitate Argentinensi sunt notorie ac manifeste, moneatis magistros civium necnon consules civitatis memorate infrascriptos, quod infra decem dies priori et fratribus antefatis de injuriis et molestiis illatis emendam prestant condignam et sufficienter satisfaciant, prout tenentur, alioquin 15
ipsos in singulis ecclesiis civitatis vestre antedictae auctoritate nostra immo potius apostolica excommunicatos publice nuntietis, quia propter premissas injurias et molestias canonem late sententie incurrerunt. nomina autem civium et consulum istius anni sunt hec: Nycolaus dictus Zorn, Burchardus Reinböldelin, Erbo dictus Stubinwek, Rûlin dictus Ripili, Cunzo dictus Brôger et filius ejusdem, Erbo de Schiltinchein, Waldener sic dictus, Philer, Hûgo dictus Ripili, Tûrant dictus, Reinboldus frater Cånradi dictus Sûze, Johannes junior dictus Zolner, Cånno de Kagenekke, Johannes de Kagenekke patruus ejus. preteriti autem anni magistri et consules sunt Nycolaus dictus Wizegeiz, Symon dictus Heizel, Hartmannus dictus de Schiltinchein, Johannes de Eggevorsheim, Nycolaus Zorn senior, Johannes de Blûmenawe senior, 25
Sûner dictus, Gozzo dictus Bonamie, Nycolaus de Kagenekk senior, Reiboldeli sic dictus, Tanris dictus, Schilt dictus, Reinboldus Stubinwek, Tûminheim dictus, Petrus dictus Neschart, Otto filius Ripilini senior¹ et omnes consentientes et cooperantes. datum in Rat[ispona] anno domini 1287 in vigilia pentecostes. reddite litteras cum appensione sigillorum vestrorum in testimonium executionis per vos 30
facte et, si ambo interesse nequiveritis, alter ex vobis nichilominus exequatur.

T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend.

119. *Johannes, Procurator der Stadt Straßburg, legt gegen das vom päpstlichen Legaten in ihrer Streitsache mit den Dominikanern gefällte und vom Bischof von Straßburg veröffentlichte Urtheil vor letzterm Verwahrung ein und appellirt an den päpstlichen Stuhl. 1287 Mai 25.*

Coram vobis venerabili patre et domino episcopo Argentinensi excipiendo proposui et propono ego Johannes procurator honorabilium virorum magistri consulum

a) *T* interram unverständlich.

¹ Ueber diese zum Theil entstellten Namen von Straßburger Rathsmitgliedern vergl. UB. III, 417. 40

et universitatis civitatis Argentinensis procuratorio nomine eorundem et pro ipsis, quod venerabilis pater dominus Johannes episcopus Tusculanus sedis apostolice^a legatus ipsis nuper per suas litteras intimavit¹ suo auditui horribilem, ut ejus verbis utar, et piis detestandam mentibus de prefatis magistro consulibus et universitate oblatam querelam, se de ipsa perturbari pretendens, si conquestio veritatis suffragio fulciretur, inter alia continentem, quod prefati magister consules et universitas civitatis Argentinensis predictae ad tantam proruperint furoris audaciam, quod viros religiosos.. priorem et conventum Argentinenses predicatorum ordinis, apostolice sedis et dicti ordinis reverentia pretermissa, inmaniter pertractantes violenter domos ipsorum fratrum cum securibus et horrendis clamoribus invaserint, frangendo ipsius domus ostia aliasque fratribus ipsis multiplices injurias irrogando et ipsos undique^b recludendo, ne ad ipsos fidelibus accessus pateat et eis omnino prohibeatur egressus, ea sola occasione, quod ipsi.. prior et fratres noluerunt prefatis magistro consulibus et universitati^c promittere, ut^d de omnibus donatis vel^e legatis eisdem fratribus coram prefatis^f magistro consulibus et universitate agerent et responderent in jure et sine parentum consensu novicium nullum reciperent, domos etiam quoquo modo eis traditas venderent, quodque nullius testamentum ordinandum reciperent sine consensu propinquorum quatuor morientis. et licet idem dominus apostolice sedis legatus in principio earundem suarum litterarum se perturbari sub condicione scripserit, si conquestio. ut predictum est, veritatis suffragio fulciatur, quod etiam alias subintelligi debet, si nullatenus hoc scripsisset, idem tamen dominus legatus se hoc grave gerere pretendens et preterire silentio se nequire, predictis magistro consulibus et universitati civitatis Argentinensis predictae in eisdem suis litteris absolute precepit expresse, quatenus a detentione fratrum, a molestiis et gravaminibus hujusmodi absque mora cessantes omnino super premissis infra trium dierum spacium sufficientem emendam predictis fratribus faciant. quod triduum a die, quo per vos dominum episcopum Argentinensem vel per alium seu alios, quem vel quos ad hoc duxeritis deputandos, ad premissa facienda predicti magister consules et universitas fuerint requisiti, voluit computari. alioquin, si predicti domini legati mandatum neglexerint adimplere, idem dominus legatus, quamvis res aliter^g se habeat, quam in predicti domini legati litteris continetur, et quamvis dicta conquestio veritatis suffragio non juvetur, predictis magistro consulibus et universitate non vocatis, non citatis, non auditis, non confessis, in aliquo non monitis, legitime non convictis, nullo instante actore, defensionibus quoque ipsorum exceptionibus et juribus non auditis, cum contra hec prefatis magistro consulibus et universitati predictae et subscripte et alie exceptiones et defensiones^h legitime competant, prout ipsi et ego ipsorum nomine nos offerimus probaturos et ad probandum cum instantia petimus nosⁱ admitti, causa non cognita et juris ordine pretermisso, extunc ipsos magistrum

a) S I et T apostolice sedis. b) S I et T om. undique. c) S universitate. d) S om. ut. e) T et.
 f) S I et T predictis. g) S I et T se aliter. h) T defensiones et exceptiones. i) T nos petimus.

¹ Vergl. nr. 114.

consules et universitatem et civitatem ipsorum ecclesiastico supposuit interdicto, dans vobis domino Argentinensi episcopo per suas litteras in mandatis¹, ut vos extunc suam sententiam publicetis vel per alium faciatis seu alios publicari et eandem ab omnibus districtius observari, volens nichilominus idem dominus legatus, ut vos in posteritatem^a eorum, qui in premissis injuriis principales fuerunt aut dederunt consilium auxilium vel manifestum favorem, usque in tertiam generationem sententiam perpetue privationis et exclusionis a dignitatibus et beneficiis ecclesiasticis sicut eque sic juste sua auctoritate promulgetis, si, ut predictum est, mandatis suis inobedientes extiterint vel rebelles. quia vero in lege scriptum est, jus reddentem neque statim excandescere adversus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum illacrimari oportere, sed causa cognita prius veritatem inquirere debere, quam transeat ad vindictam, ut probatur ff. de of. presidis l. ² observandum cum multis similibus, cumque scriptum sit in jure, quod, quamvis non cognitio sed sola executio demandetur, de veritate tamen precum inquirei oportet, ut, si fraus interveniat, de omni negotio cognoscatur, ut probatur C. si contra jus vel utilitatem publicam vel per mendacium fuerit aliquid postulatum vel inpetratum^b ³, etsi non cognitio, que lex canonizata est et posita XXV q. II, et si non cognitio et re vera fraus in^c falsa narratione dictarum litterarum domini legati intervenerit, cum, ut predictum est, dicta conquestio veritatis suffragio non juvetur, que premissa omnia vel aliqua ex eis sufficientia et necessaria probare coram vobis et alibi, ubi necesse fuerit, et ostendere sum paratus et me obtuli et offero probaturum et ad probandum peto et petii me admitti, cum etiam jure caveatur, quod si sententia etiam per dominum papam prolata precipiatur per aliquem executioni^d mandari, si fraus intervenerit id est intervenisse allegetur, non est facultas executori de toto negotio cognoscendi, sed deferri questiones, que incidunt, ad sedem apostolicam oportet et est interim per executores supersedendum, ut probatur expresse extra de sen. et re. jud. c. ⁴, de cetero probatur etiam hoc idem expressissime ff. de judiciis l. si pretor § Marcellus⁵, probatur hoc idem ff. de re jud. l. a divo pio § si super rebus⁶, et extra de crimine fal. c. super eo⁷, et de of. deleg. c. si quando⁸, et C. si ex falsis instrumentis l. ⁹ judicati et multis aliis juribus, idcirco ego Johannes predictus procuratorio nomine magistri consulum et universitatis predictae et pro ipsis petii et peto a vobis venerabili patre domino^e Argentinensi

a) S t posteritate. b) S t add. l. c) T et. d) T executores. e) S t om. domino.

¹ Vergl. nr. 115.

² L. 19 § 1 D. de off. praes. (1, 18).

³ C. 4 C. si contra jus (1, 22).

⁴ C. 5 X. de sent. et re jud. (2, 27).

⁵ L. 75 D. de jud. (5, 1).

⁶ L. 15 D. de re jud. (42, 1). Der im Text bezeichnete Paragraph ist nicht zu finden.

⁷ C. 2 X. de crim. falsi (5, 20).

⁸ C. 8 X. de off. jud. del. (1, 29).

⁹ C. 4 C. si ex falsis instr. (7, 58).

episcopo humiliter et devote, quatenus in dicto negotio vel prius cognoscatis, si veritas in predicta narratione subsistat, quam ad executionem dicti negotii procedatis, vel saltim predictum negotium, cum nondum discussum sit, superiori discuciendum deferatis et medio tempore in eodem supersedere velitis, cum hoc de jure facere
 5 debeatis per jura preallegata, prout superius est ostensum, maxime cum de predicto negotio partibus presentibus vel per contumaciam absentibus de causa cognitum non sit ab aliquo, et maxime cum dicta sententia, prefatis magistro consulibus et universitate non vocatis, non citatis, non auditis, non confessis, in aliquo non monitis, legitime non convictis, defensionibus quoque ipsorum et exceptionibus
 10 prescriptis et aliis ipsis competentibus et aliis^a juribus non auditis, causa non cognita et contra juris ordinem sit prolata et juris ordine pretermisso, et sic dicta sententia prefati domini legati nulla sit per consequens ipso jure. peto etiam et petii michi nomine predictorum magistri consulum et universitatis edi a vobis copiam mandati predicti domini legati vobis ab eodem directi super negotio antedicto,
 15 et terminum competentem assignari per vos ad deliberandum super eodem mandato, testimonium super hiis dominorum presentium invocando. et quia vos premissa vel aliquod ex eis sufficiens vel aliqua et probationem super eis vel aliquo ipsorum et petitionem meam admittere denegastis, et ad monitionem predictam et publicationem interdicti ac promulgationem pene privationis et exclusionis supradicte, fines et
 20 modum mandati predicti excedendo et forma ipsius non servata, sine cause cognitione, copia ipsius mandati michi non facta et juris ordine pretermisso processistis die etiam in favorem dei feriata videlicet dominica pentecostes, ideo ego Johannes
 predictus sentiens predictos magistrum consules et universitatem et me nomine ipsorum gravatos indebite a vobis domino episcopo supradicto, nomine ipsorum et
 25 pro ipsis omnibus et singulis, item nomine^b parochialium ecclesiarum^c et clericorum ipsarum, plebanorum et viceplebanorum earundem^d, cappellarum et cappellanorum et generaliter clericorum omnium et singulorum civitatis Argentinensis tam infra civitatem eandem quam in suburbiis ipsius extra muros ejusdem civitatis consistentium et michi et prefatis magistro consulibus et universitati predictis
 30 adherere et in hanc appellationem consentire et ea tueri volentium nomine et pro ipsis, et a sententia hujus prefati domini legati jam prolata sub forma prescripta occasione hujusmodi, item ne sententie interdicti excommunicationis aut suspensionis, si que per prefatum dominum legatum vel alium quempiam in prefatos magistrum consules et universitatem vel civitatem Argentinensem aut personas^e
 35 ecclesias plebanos viceplebanos cappellas cappellanos et clericos antedictos aut singulos de civitate vel universitate predicta occasione hujusmodi proferentur, ipsos ligent vel ligare possint, sedem apostolicam in hiis scriptis appello vel ad eum, ad quem de jure est appellandum, et apostolos sepe et sepius cum instantia peto, prefatos magistrum consules universitatem et civitatem Argentinensem predictam et
 40 singulos de universitate vel civitate predicta, ecclesias^f plebanos viceplebanos cappellas et cappellanos et generaliter omnes et singulos clericos antedictos civitatis

Mai 25

a) S t et T. om. aliis. b) T add. cathedralis conventualium et. c) S t et T add. canonicorum et.
 d) S t earum. e) S t et T add. canonicos. f) S t et T add. canonicos.

Argentinensis ejusdem necnon personas et res ipsorum protectioni sedis apostolice supponendo. nos. prepositus decanus cantor scolasticus et capitulum sancti Thome nosque decanus scolasticus portarius cellerarius et capitulum sancti Petri ecclesiarum Argentinensium premissa omnia proponi et peti et appellationem predictam in modum prescriptum in scriptis legi recitari et interponi audivimus per Johannem generum Erlini, procuratorem predictum habentem ad hoc procuratorium sufficiens et mandatum a magistro consulibus et universitate predicta, coram domino nostro episcopo Argentinensi^a predicto immediate post monitionem publicationem et fulminationem supradictam factam a domino Argentinensi episcopo supradicto. et in evidentiam et testimonium premissorum sigilla ecclesiarum nostrarum una cum sigillo civitatis Argentinensis presentibus sunt appensa. actum dominica pentecostes anno domini 1287.

S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 or. mb. c. 3 sig. pend., quorum 2 delapsa.

S 1 coll. ibid. or. mb. c. 3 sig. pend., quorum 1 delaps. mit dem wohl gleichzeitigen Rückvermerk: appellatio prima coram domino episcopo Argentinensi interposita.

T coll. aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. 3 sig. pend. delapsis.

Erwähnt mit kurzem Auszug bei Schöpfung Als. dipl. II, 38 not. u.

120. *Durch den Rath der Stadt Zürich veranlaßte Abschrift eines Rundschreibens der Stadt Straßburg über die Entstehung ihres Streits mit den Dominikanern. 1287 Mai 26.*

Allen, die disen brief sehent alde hörent lesen, künden wir der rät von Zürich, der namen hie nach geschriben sint, daz wir der burger brief von Strazburg sahen ganzen unvelschen und in allen weg unverweckseilten und mit ir offen ingesigil besigilten, als hie nach geschriben stät. und daz wir und unsir nakomen uns har nach, ob ein semelich sache uns anegienge, deste baz gerichtten künin, so han wir mit unsir burger gunst willeklih offenlich und alleklich disen brief abe heizen geschriben und mit unsir burger ingesigil offenlich besigilt zi eime steten und ze eime ewigen urkünde.

Dien erberren und dien wisen und dien bescheidenen deme räte und dien burgerren gemeinlich von Basil, von Cholmur, von Sletzstat, von Rinowe, von Rufach und darnach allen dien stetten, da dirre brief geöget wirt, enbietent Niclauwes der junge Zorn der meister, der. rat und die burger gemeinlich von Strazburg ir willigen dienst mit ganzer fruntschaft. ez beschehent manigú dink von rechten sachen erberlich und redelich, dú man in frömeden landen verkeret, wande man ir ursprung nicht rechte vernomen hat. darumbe so bitten wir iwer bescheidenheit, daz ir dur unsirn dienest dise rede vernement und iuch lazent leit sin, daz uns die hant beswert, dien wir dike wol han getan. ir herren. da waren die barvúzen und die bredier in ein gewonheit komen, daz si wolten erben uzzer dien klöstern in die welt. und swa ein richer man oder ein richú vrowe an ir tode lagen, da

a) S / Argentineasi episcopo.

liefen si hin und uberretten den, daz er in gab allis sin güt, und wurden denne
 also alle sin erben enterbet und verderbet. die kamen danne für uns schriende und
 klagende von in, daz sie interbet weren. der chlage kam mangú für uns. sie ver-
 köfent ðch dú eigen, daz si abir an si wider vallen solten nach des tode, der si
 5 danne köfte. des achteten wir, daz unsir stat kurzlich alle ir eigen were worden.
 § si emphiengen ðch in ir orden richer lúte kint, dú undir achzeben jaren waren,
 ane ir fründe willen und wissende, das echt in daz güt wurde, davon wir ðch dikke
 beswert wurden und uns manigú klage von in vúrkam. do dis lange und lange
 gestúnt und wir es nicht me geliden móchten von der manigvalten klage der
 10 burger, do giengen wir zú dien bredieren und baten si, daz si sich also hielten,
 daz solichú klage von unsirn burgern nicht me für uns kème. do sprachen si und
 gelobten uns, swaz brieven uns ^a die barvúzen harubir gebin, daz es nicht mer
 geschehe, die wolten ðch si uns darubir geben. wir kamen zu dien barvúzen
 und leiten in dise rede vúr. die antwürten alsus: ir herren. des uns da mütent,
 15 daz wir iuch verloben suln, des suln wir von unsirs ordens regele zi rechte selbe
 nicht tûn. wère joch, daz ir uns niemer darumbe gebetint, so ist ez uns selben
 verboten, daz wir ez nicht tûn suln. do sprachen wir: ir herren. des selben machent
 uns ein brief, als er iuch dunke, daz er iu und uns rechte stande. den brief den
 machten si selbe, als wir iuch die abschrift senden von worte zi worte. do wir mit
 20 dem brieve zi den bredeierren kamen, do baten si uns, daz wir in die abschrift
 gebin. darnach kam darzú ir provincial und machten uns ein zil nach dem andirn
 und hant unsir also geschimphet damitte, daz ez zi vil was, wol vier jar nach ein
 andirn. nu ze jungest kam abir ein klage von in, daz si einer vrowen erbezal hetten
 emphúrit dien rechten erben. darumbe baten wir si abir, daz si uns den brief geben,
 25 als uns die barvúzen hatten geben und als si uns gelobt hatten. do sprachen si in
 einer hohen wise, sie liezein in é die helse abstozen mit tiln, é si daz iemer ge-
 tetin. daz müt uns, daz uns als geistlich lúte abegiengen des, daz si uns lobten
 zi tünne. da vûren wir zú und wolten uf unsir stat almeinde vor ir torn gebuwen
 han. da liefen unsir vrowen zú und slügen unsir knechte mit bengeln und mit
 30 schufelen, daz einre an den tót geslagen wart. darumbe wurden wir deste zorniger
 und wolten in ir tor uz dem anger han gehebt. dis han wir iuch geschriben und
 bitten iuch, swa wir iwers rates und iwer gunst zi dirre sache bedurfen, daz ir
 uns da frúntlich tûnt, als wir iuch getrúwen und als wir iuch tetin, ob iuch
 nótrede angienge. wir bitten iuch, ist daz si iuch icht andirs han gesagit von uns,
 35 daz ir des nicht gelöbent und uns iwers willen wider schribent und ratent, wie
 wir und ander stette vor in genesen. wir bitten iuch ðch, ob wir in dirre sache
 richter werden gewinnende, die iuch gewant sin, daz ir uns gegen dien güt sint,
 daz si uns genedig sin an únsirne rechte, als wir iuch tetin, swa iuch dekein
 kumber anengienge.

40 Ouch han wir der rât an disem brief heizen geschriben die abschrift, die brúdir
 Dietrich, der provincial der minre brúdir ordins uber Tüschlant ist, und brúdir
 Sigefrit der cardian und dú samenunge desselben ordens des hus von Strasburg

a) Z. *rep.* uns.

gaben dem.. meister.. dem rate und dien burgern gemeinlich von Strazburg. dú
 abschrift ist alsus¹: die ersamen herren.. der meister.. der rât und die burger von
 Strazburg hant gemeinliche vor uns dur ir zucht selbe verjehen, daz wir sie noch
 nit beswarten noch erzurnden mit solichen sachen, als hie nidenan geschriben stât.
 doch dur^a unsir liebi und dur unsir bette und dur ir frúntschaft geloben wir in
 getrúlich und áne alle geverde, daz wir noch nieman, der undir uns ist, phaffen
 odir leien erben sol uz unsirme klostere an die welt wedir eigen noch erbe noch
 kein gút, daz die burger von Strasburg anhôret. § so geloben wir in ôch, daz wir
 nieman undirwisen suln noch schaffen underwisende an sime todebette, daz uns
 burger aldir burgerin zi Strazburg ir eigen oder ir erbe geben odir besetzen also,
 daz die rechten erben damitte verderbet odir enterbet sin. § wir geloben ôch, daz
 wir kein gút eigen alde erbe, daz die burger alde burgerin von Strazburg anhôrit
 und uns besetzt oder gegeben wirt, also verköfen alde verwandeln suln mit gedinge,
 daz ez da nach wider an uns oder an andirs ieman von unsirn wegen gevalle, wan
 daz wir schaffen suln, daz es verköfet werde ane alle geverde und daz wir mit
 allen dingen lieblich und gütlich mit in leben, wande ôch si und ir vordern uns
 und unsirme ordern ie gütlich und frúntlich hant getan und allewege túnt von ir
 gnaden. so geloben wir in mit gúten trúwen, daz wir ir frúnde, die burger sint zi
 Strazburg, die undir achzehen jaren sint, so verre so wir mit gotte iemer mugen,
 nicht emphahen wellen in unsirn orden, und wellen uns hûten, daz wir si daran
 nicht besweren, so verre wir iemer mit gotte und mit unsirs ordens eren mugen,
 ez si danne der nesten frúnde gút wille.

Des rates namen sint her Burchart von Hottingen, her Rûdolf von Beggenhoven,
 her Chûn von Tûbelstein, her Heinrich Vinko und her Jacob vor der mezie rittere,
 Rûdolf der Mûlner, her Rûdolf der Kriek, her Uolrich der Trûber, her Peter Wolf-
 leibscho, her Uolrich im gewelbe, her Heinrich Stôri und her Johans Pilgrin
 burger. dirre brief wart abegeschriben, do von gottis geburt waren zwelf hundert
 und in dem sibem und achzigesten jare, an dem mentage nach sant Urbanes tage,
 do dú indictio was dú xv.

*Z aus Züricher Staats-Archiv nr. 36 or. mb. c. sig. pend. Dorsualvermerk von einer Hand
 des 15. Jahrh.: ein brief des abgeschrieben uns von der statt Strassburg gesant von
 der predier wegen irr ingrifs halb. Die im Stück gesetzten Paragraphenzeichen und
 Zeilenabsätze sind an entsprechender Stelle wiedergegeben.*

121. *Der päbstliche Legat Johannes gibt dem Bischof von Straßburg den Auf-
 trag, Meister und Rath der Stadt Straßburg vom vergangenen und diesem Jahr
 aufzufordern, daß sie binnen zehn Tagen die Dominikaner mit voller Entschädi-
 gung in die Stadt zurückführen, widrigenfalls sie dem Banne verfallen würden;
 auch solle er auf strenge Beobachtung des Interdicts dringen. 1287 Juni 9 Metz.*

Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus vene-
 rabili in Christo patri dei gratia episcopo Argentinensi salutem in domino. cum

a) *Z rep. dur.*

¹ *Vergl nr. 92.*

multiplicata sit iniquitas adeo superbiorum, quod quasi aquam maledictionis bibentes viros sancte contemplationi deditos persequi non desistant, multiplicari debet humilium equitas contra illos, ut sapientia vincens maliciam virgam peccatorum super sortem justorum minime derelinquat. sane publico et notorio referente clamore ad
 5 audienciam nostram pervenit, quod diebus istis magister consules et universitas civium Argentinensium illo suadente, qui continue^a circuit querens quem devoret, in statu terrene prosperitatis positi ferali quadam atrocitate facti sunt sacrosancte dei^b ecclesie onerosi suorumque persecutores fidelium, conantes in dei servos et fidei professores jurisdictionem sibi temere vendicare, etsi nulla sit eis super illos potestatis
 10 jurisdictio attributa, incarceratione et ignominii^c afficientes eosdem tanquam immisericordes afflictis, humanitatis obliti et quod invite^d referimus, tanquam fidei contemptores, dum venerandum conventum fratrum predicatorum sue civitatis, qui eos et fideles alios non minus orationibus quam predicationibus in salutis eterne semitas dirigebant, pro eo quod mandatis ipsorum, prout nec debebant nec poterant, minime
 15 paruerunt, incluserunt, ut dicitur, et demum eos non sine gravi ecclesie dei ac nostra injuria, fidelium scandalo, animarum detrimento suarum et infamia personarum exire dispersos civitatem ipsorum fame ac pestilencia coegerunt, non secuti rationis iudicium set proprie arbitrium temeritatis. quocirca paternitatem vestram monemus sub pena suspensionis, quam in vos ferimus in hiis scriptis, si hujus mandati nostri
 20 fueritis contemptores, vobis precipientes districte, quatenus per vos vel^e per alium seu alios in civitate Argentina magistrum et consules civitatis predictae tam anni preteriti quam presentis ex parte nostra publice moneatis, ut infra decendium a tempore hujusmodi monitionis^f continue computandum memoratum conventum cum satisfactione integra in civitatem predictam in locum suum revocare procurent. alioquin si
 25 vestram immo nostram potius ammonitionem infra dictum terminum contempserint adimplere, exnunc prout extunc in dictos magistrum et consules sententiam excommunicationis proferimus in hiis scriptis, illis consulibus anni preteriti dumtaxat exceptis, qui coram vobis de premissis excessibus declarati fuerint innocentes. sub eadem etiam restrictione vobis precipimus, quatenus per vos vel per alium seu alios
 30 in civitate Argentina in locis, in quibus expedire videbitis, publice monitionis proponatis edictum, ne quis predictis magistro et consulibus in tam horrendis injuriis aut facinorosis statutis ad tuendum vel fovendum injurias easdem editis vel edendis consilium auxilium vel favorem impendat, vel eis in hujusmodi obstinata pertinacitate persistentibus presumat quomodolibet obedire. item ne quis clericus vel sacerdos
 35 durante interdicti sententia, quam in civitatem predictam nuper duximus proferendam, in civitate ipsa seu suburbiis vel in sancto Arbogasto vel in aliis appendiciis civitatis, in quibus etiam locis interdictum hujusmodi servari^g jubemus, divina officia celebrare aut sepulturam seu sacramenta ecclesiastica exhibere presumat, penitentiis morientium et baptismo parvulorum dumtaxat exceptis. item ne quis^h clericum vel sacerdotem
 40 aliquem infra loca superius interdicta in ecclesia sua evocare, recipere vel admittere

a) T / cottidie. b) T / om. dei. c) T / ignomiis. d) T / inviti. e) T / seu. f) T / ammonicionis. g) T / observari. h) T / om. quis.

ad divina officia celebranda presumat. item ne quis a quoquam clerico vel sacerdote
 suasu dyabolico inibi forsan celebrare presumente divina officia audire aut ecclesias-
 tica sacramenta recipere^a audeat ullo modo; alioquin in omnes et singulos, qui spretis
 monitionibus nostris premissis per vos seu alios proponendis^b aliquam premissarum
 contrafacere presumpserint, exnunc prout^c extunc excommunicationis sententiam pro-
 ferimus in hiis scriptis auctoritate, qua fungimur, et sub eadem pena nichilominus^d
 qua supra vobis precipientes, quatenus omnes et singulos, qui sue salutis inmemores
 in predictas sententias inciderint vel aliquam predictarum^e, magistros quoque^f et
 consules supradictos, si sententiam excommunicationis per nos latam ob causam
 premissam incurrerint, per vos vel per alium seu alios excommunicatos denunciatis
 in ecclesiis vestre dyocesis, in quibus vobis aptum visum fuerit, nominatim diebus
 dominicis et festivis, facientes eosdem ab omnibus arcus evitari. et quia crescente
 malitia crescere debet et pena, eos, qui timore dei postposito in sententias predictas
 inciderint, sacerdotes quidem et clericos in ecclesiastice coercionis contemptum et
 suarum periculum animarum divina celebrare dampnabiliter presumes, si per
 decendum, postquam excommunicationis sententiam incurrerint, continue computan-
 dum in sua pertinacia duxerint persistendum, extunc per vos nostra auctoritate
 privari jubemus beneficiis et dignitatibus ecclesiasticis et inhabiles reddi ad similia
 in futurum beneficia consequenda, volentes nichilominus et vobis precipientes expresse,
 quatinus ad captivationem talium tam in civitate quam extra per vos vel per alium
 seu alios detis operam efficacem. ad coercionem vero magistrorum et consulum
 predictorum vobis injungimus, ut in locis quibuslibet, ad que predicti magistri et
 consules ac alii nominatim excommunicati declinaverint, quamdiu ibidem steterint,
 et post recessum eorum per triduum a divinis cessare officiis nostra auctoritate per
 vos vel per alium seu alios faciatis, si, ut premissum est, per decendum, postquam
 excommunicationis sententiam incurrerint, continue computandum in sua pertinacia
 duxerint persistendum. litteras quoque nostras, quas predictis magistris et consilibus
 pro eorum revocatione scribimus¹, vobis transmittimus presentandas mandantes,
 quatenus eas predictis civibus presentari fideliter faciatis et legi. volumus insuper,
 ut tam fratres minores quam sorores sancte Clare Argentinensis civitatis ex parte
 nostra moneatis et inducatis attente, ut sententias nostras occasione tercię regule
 non enervent. datum Metis 5 idus junii, per obitum felicis recordationis domini
 Honorii pape quarti apostolica sede vacante.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 inserirt der Urkunde Bischof Konrads von Straß-
 burg 1287 Juni 26. Vergl. nr. 123 auch bezüglich der Varianten.*

a) *T* † *add.* aut. b) *T* et *T* † *add.* vel. c) *T* pro. d) *T* nichominus. e) *T* † premissarum.
 f) *T* † que.

¹ Vergl. nr. 114.

122. *Notariatsbescheinigung über die vor dem päpstlichen Legaten Johannes durch den Procurator der Stadt Straßburg Johannes Erlin eingelegte erneuerte Appellation an den päpstlichen Stuhl, betreffend den Streit mit den Dominikanern. 1287 Juni 10 Metz.*

5 In nomine domini amen. coram venerabili patre domino Johanne dei gratia
Tusculano episcopo apostolice sedis legato et in presencia ejusdem et mei notarii
infrascripti ac testium subscriptorum magister Johannes gener Erlini civis Argen-
tinensis, notarius et procurator honorabilium virorum magistri consulum et universi-
tatis civitatis Argentinensis ejusdem, nomine eorundem et pro ipsis habens ad hec
10 mandatum sufficiens a me notario visum et lectum, in scriptis proposuit et recitavit,
appellavit in scriptis, appellationes ratificavit, innovavit in scriptis et confirmavit et
apostolos instanter petiit de verbo ad verbum, prout inferius continetur: in nomine
domini amen. coram vobis venerabili patre domino Johanne episcopo Tusculano
apostolice sedis legato propono ego Johannes gener Erlini civis Argentinensis,
15 procurator honorabilium virorum magistri consulum et universitatis civitatis Argen-
tinensis, nomine eorundem et pro ipsis, quod vos ipsis nuper per vestras litteras
intimastis vestro auditui horribilem, ut vestris verbis utar, et piis detestandam
mentibus de prefatis magistro consulibus et universitate oblatam querelam [*weiter
wie in nr. 119 mutatis mutandis bis ad vindictam.*] idcirco ego Johannes procurator
20 magistri consulum et universitatis civitatis Argentinensis predictus procuratorio
nomine eorundem et pro ipsis, ex premissis prefatos magistrum consules et univer-
sitem sentiens gravari et gravatos esse indebite a vobis, meo et predictorum
magistri consulum et universitatis et singulorum de universitate ac civitate Argen-
tinensi predicta nomine, item katedralis et conventualium ecclesiarum parochialium
25 et canonicorum et clericorum ipsarum, plebanorum et viceplebanorum earundem,
capellarum et cappellanorum et generaliter clericorum omnium et singulorum civitatis
Argentinensis predictae tam infra civitatem eandem quam in suburbiis ipsius extra
muros ejusdem civitatis consistencium et michi et prefatis magistro consulibus et
universitati predictis adherere et in hanc appellationem consentire et ea tueri
30 volencium nomine et pro ipsis, et ne vestra sententia hujusmodi interdicti jam
prolata seu comminata sub forma prescripta occasione hujusmodi, item ne sententie
interdicti excommunicationis aut suspensionis, si que per vos vel alium quempiam
in prefatos magistrum consules et universitatem vel civitatem Argentinensem aut
personas canonicos ecclesias plebanos seu viceplebanos cappellas cappellanos et cle-
35 ricos antedictos aut singulos de universitate vel civitate predicta occasione hujusmodi
proferentur, ipsos ligent vel ligare possint, ad sedem apostolicam in hiis scriptis
appello et apostolos sepe et sepius cum instantia peto, prefatos magistrum consules
universitatem et civitatem Argentinensem predictam et singulos de universitate et civi-
tate predicta, ecclesias canonicos plebanos viceplebanos cappellas et cappellanos et
40 generaliter omnes et singulos clericos antedictos civitatis Argentinensis ejusdem necnon
personas et res ipsorum protectioni sedis apostolice supponendo, protestans, quod
per appellationem hujusmodi ab appellatione seu appellationibus prius coram domino

Argentinensi episcopo interpositis¹ magistri consulum et universitatis et singulorum de universitate necnon katedralis conventualium et parochialium ecclesiarum, canonicorum et clericorum ipsarum, plebanorum et viceplebanorum earundem, cappellarum et cappellanorum et generaliter clericorum omnium et singulorum civitatis Argentinensis predictorum nomine et pro ipsis recedere non intendo nec volo, sed eam et eas ratifico innovo et confirmo, testimonium super hiis omnium presencium invocando. actum Metis in cappella venerabilis patris domini episcopi Metensis, sub anno domini 1287, indictione 15, die 10 intrante mense junii, ad hec vocatis specialiter et rogatis testibus, videlicet honorabilibus viris magistris Tirrico domini Waltheri majoris, Symone domini Bartholdi et Widrico domini Lodewici archidiaconorum ecclesie Metensis officialibus et aliis quam pluribus.

(S. N.)^a Ego Petrus de Donorio Ferrariensis diocesis publicus auctoritate Ravenatis ecclesie notarius, tunc temporis venerabilis patris domini Johannis Tusculani episcopi apostolice sedis legati grossarius, ad hec omnia vocatus interfui et rogatus scribere scripsi meoque signo consueto signavi.

Nos Tiericus domini Waltheri majoris, Symon domini Bertholdi et Widricus domini Lodewici curiarum archidiaconorum ecclesie Metensis officiales, premissis omnibus interfuimus et audivimus proponi recitari et appellari in scriptis appellationes, ratificari innovari confirmari et apostolos peti instanter in scriptis in modum prescriptum et prout superius continetur, coram venerabili patre domino Johanne Tusculano episcopo apostolice sedis legato supradicto per magistrum Johannem generum Erlini civis Argentinensis, notarium et procuratorem honorabilium virorum magistri consulum et universitatis civitatis Argentinensis ejusdem, nomine eorundem et pro ipsis habentem ad premissa mandatum sufficiens visum et lectum a nobis officialibus antedictis. et in evidenciam et testimonium premissorum nos in testes ad hec vocati specialiter et rogati sigilla curiarum predictorum dominorum nostrorum archidiaconorum Metensis ecclesie ad petitionem prefati procuratoris duximus presentibus appendenda. actum anno die et loco prescriptis.

S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 or. mb. c. 3 sig. pend. delapsis. Auf der Rückseite Vermerk von gleichzeitiger Hand innovacio appellacionis facta coram legato.

123. *Bischof Konrad von Straßburg befiehlt dem Clerus seiner Diöcese, das Mandat des päpstlichen Legaten vom 9. Juni gegen die Straßburger Bürger sogleich zur Ausführung zu bringen. [1287] Juni 26 Dachstein.*

Cünradus dei gratia Argentinensis episcopus venerabilibus dominis abbatibus prepositis prioribus ordinum sancti Benedicti, sancti Augustini et aliorum quorum-

a) *Das Notariatszeichen ist eine ellipsenförmige Scheibe, oben in eine Spitze mit strahlender kleiner Kugel auslaufend, unten auf drei senkrechten Stäben ruhend, welche an ihrem unteren Ende auf einem Kreis stehen. Die Scheibe zeigt eine Tintenfällung, welche in der Mitte zwei Ellipsen übereinander sciss lässt.*

¹ *Vergl. nr. 119.*

cunq̄ue, archidiaconis archipreshyteris decanis ac ecclesiarum rectoribus plebanis incuratis et vicariis universis per Argentinensem dyocesi[m] constitutis salutem in domino sempiternam. noveritis nos venerabilis patris et domini Johannis Tusculani episcopi cardinalis sedis apostolice per Alamaniam^a legati recepisse litteras non cancellatas, non abolitas nec in aliqua parte viciatas in hec verba: [folgt nr. 121]. cum itaque nos cum omni precum instancia supplicaverimus humillime domino legato antedicto, ut ipse dignaretur nos absolvere ab execucione hujusmodi mandati contra nostros cives Argentinenses antedictos, et prenominatus dominus noster legatus petitioni nostre condescenderit quantum ad execucionem mandati presentis intra civitatem Argentinensem, firmiter et districte nobis nichilominus precipiens, ut mandatum ipsius contra cives nostros antedictos extra civitatem Argentinensem execucioni mandare nullatenus obmitteremus, vos singulos et universos monemus sub pena suspensionis, quam in vos exnunc prout extunc ferimus in hiis scriptis, si hujus mandati nostri immo verius supranominati domini legati fueritis contemptores, vobis districte precipientes, quod^b quilibet vestrum publice in ecclesiis, quibus preest, mandatum dicti domini legati^c secundum tenorem autentici nobis ab ipso directi, cujus transscriptum sub nostro sigillo presentibus interseri fecimus, absque more periculo execucioni plenissime demandetis. in signum execucionis mandati hujusmodi sigilla vestra presentibus appendentes reddite litteras sub pena superius annotata. datum in Tabchinstein^d 6 kalendas [juli]i^e.

T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. 6 sig. pend. laesis. Erkennbar auf der Legende des einen Siegels prepositi hospitalis . . . des zweiten plebani.

T 1 coll. ibid. or. mb. c. 7 sig. pend. laesis. Auf der Legende des einen Siegels erkennbar Rudolfi ar . . .

Ueber die Datirung des Stücks läßt die inserirte Urkunde, das Mandat des päpstlichen Legaten vom 9. Juni, keinen Zweifel.

124. *Anselm von Rappoltstein, Kuno von Bergheim, Heinrich von Andlau und Werner von Landsberg geloben der Stadt Straßburg Sicherheit für den Tag ihres Ein- und Ausrittes. 1287 August 14.*

Wir Anshelm von Rapoltstein, Cūno von Bercheim, Heinrich von Andelahe und Wernhere von Landesberg tūnt kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehōrent, daz wir alle viere mittenander gelobent dem meistere und deme rate von Strazburg, das wir noch unsere gesinde niemanne duhein schaden tūnt von der stat Strazburg weder drūz noch drin des tages, so wir drūz oder drin geritent. beschehes aber, das sin wir schuldig unverscheidenliche ze widertūnne ane alle geverde. widerteten wirs niht, swenne denne wir drie Cūno von Bercheim, Heinrich von Andelahe und Wernher von Landesberg von des meisters wegen von Strazburg mit botten oder mit brieven drumbe gemanet werdent ze huse oder ze hove, so suln wir uns in den nehisten ahte tagen drumbe ze Strazburg in entwurten nach rehtere giselschefte

a) *T 1 Allamanniam.* b) *T 1 quatenus.* c) *T 1 add. vice nostra.* d) *T 1 Tabchenstein.* e) *T et T 1 junii offenubar verschrieben.*

niemer lidig ze werdenne, wirn habent es widertän ane alle geverde. und swenne wir den burgeren von Strazburg oder sie uns dis viercehen naht vor widerbietent, so ist dis abe. herumbe sint unser ingesigele an disen brief gehenket zeime urkunde, das es stete blibe. dis geschach an deme dunrestage vor der erren mes, da von gots geburte warent tusent jar zweihundert jar und sibein und ahzig jar. 5

S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K. lad. 23^b or. mb. c. 4 sig. pend. Von den Legenden der Siegel noch Einzelnes zu erkennen, z. B. auf dem zweiten: Canonis de Berkei[m] quonda[m] lantvog . . .

125. *Der päpstliche Legat Johannes fordert den Clerus der Straßburger Diocese und seines Legationsbezirks auf, die gegen die Straßburger Bürger gefällten Interdicts- und Bannsentenzen aufs strengste durchzuführen, und verschärft dieselben. 1287 September 5 Neuschâteau.* 10

Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus discretis viris abbatibus archidiaconis archipresbyteris decanis plebanis ac aliarum ecclesiarum rectoribus incuratis et vicariis universis per Argentinensem diocesim necnon 15 omnibus et singulis infra nostre legationis terminos constitutis, ad quos littere presentes pervenerint, salutem in domino. cum nos propter manifestas et adeo notorias injurias, que nulla poterant tergiversatione celari, olim per magistros et consules tam presentis quam preteriti anni et quosdam alios cives Argentinenses sancte contemplationis vite viris religiosis dilectis in Christo nobis . . . priori et conventui 20 fratrum predicatorum domus Argentinensis dei timore postposito irrogatas in magistros consules et cives predictos ac omnes illos, qui eisdem in hujusmodi injuriis ad fovendum et tuendum easdem consilium auxilium vel favorem impenderent vel ipsis in ea obstinata pertinacitate persistentibus quomodolibet obedire presumerent, excommunicationis et in civitatem ipsorum interdicti sententias duxerimus proferendas, mandaverimus quoque ac fecerimus ipsos excommunicatos publice nunciari, aliasque sententias contra injuriatores hujusmodi duxerimus promulgandas, discreccionem et universitatem vestram monemus attente nichilominus iterato vobis et cuique vestrum sub excommunicationis pena ^a, quam in vos et vestrum quemlibet exnunc prout extunc 25 ferimus in hiis scriptis, si in hujusmodi nostri executione mandati negligentes fueritis vel remissi, quatinus omnes et singulos supradictos et specialiter excommunicatos nominatim denunciatis in ecclesiis vestris coram populo, campanis pulsatis, candelis accensis, diebus dominicis et festivis usque ad satisfactionem condignam excommunicatos publice nunciatis, facientes eosdem ab omnibus artius evitari, necnon in locis quibuslibet, ad que predicti magistri et consules ac alii nominatim excommunicati vel aliquis ipsorum declinaverint, quamdiu ibidem steterint, et post recessum eorum per triduum cessetis a divinis ac sententias alias per nos contra predictos latas exequi publicare ac inviolabiliter observare curetis. et quia predicti magistri et consules et nominatim excommunicati tanquam obstinati sententias nostras diu sus-

a) *Zu ergänzen precipientes oder mandantes.* 40

tinuerunt animis penitus induratis, et crescente contumacia crescere debeat et pena, participantes colonos inquilinos mercenarios et bona tenentes predictorum civium omnium et singulorum nominatim et canonica monitione premissa, ut ab ipsorum participatione desistant, quos a divinis excludimus per presentes, exclusos publice nuncietis. ad hec cum magistris consulibus et universitati civium predictorum olim, ut dicitur, de speciali gratia duxerimus concedendum, ut in altari ecclesie cathedralis seu in altari, quod dicitur altare civium vel matutinale virginis gloriose, tempore interdicti possent divina facere celebrari,¹ dummodo causam interdicto non darent, ac ipsi occasionem et causam manifestam dederint interdicto nec prerogativa indulgentiarum legatorum sedis apostolice gaudere debeant, qui gloriantes in malitiis ut aquam maledictionem bibentes eorum mandatis parere renuunt et contempnunt, concessionem gratias et indulgentias predictas et quascumque alias in ecclesia et altaribus quibuscumque olim per bone memorie predecessores nostros in partibus Alamannie prefate sedis legatos magistris consulibus et universitati predictae concessas tenore presentium revocamus cassamus frivolas et irritas nunciamus, sub anathematis interminatione inhibentes expresse, ne quis clericus vel sacerdos interdicto durante in civitate predicta in ecclesia vel altaribus antedictis divina celebrare presumat, ac mandantes vobis sub pena predicta, ut revocatas cassas irritas et inanes publice nuncietis indulgentias memoratas. ceterum cum quidam Mathias nomine canonicus sancti Stephani Argentinensis, prout accepimus, diabolica procul dubio et fantastica quadam suggestionem seductus se a sede predicta conservatorem seu iudicem eisdem civibus asserens deputatum, sententias nostras de facto, cum de jure nequiret, decreverit irritas et inanes ac in priorem et fratres predictos presumpserit excommunicationis sententias perperam promulgare, mandans et faciens eosdem excommunicatos publice nunciari, vobis et cuilibet vestrum sub eadem pena qua supra^a districte mandamus, ut^b ejusdem Mathie sententias de facto prolatas vel ferendas in posterum, si sententie dici possunt, quas, prout de jure nulle sunt, cassamus et nullius fore decernimus firmitatis, exequi quomodolibet presumatis, sed easdem nullas et irritas publice inter missarum sollempnia coram populo nuncietis, Mathiam vero eundem et nuncios, qui scienter litteras suorum processuum detulerunt, tamquam fautores sceleris perpetrati in priorem et fratres predictos, quia^c ex nostris processibus excommunicationis sententiam incurrerunt, excommunicatos publice nuncietis et faciatis ab omnibus artibus evitari, capientes ipsos auctoritate nostra ac usque ad condignam satisfactionem captivos detinentes eosdem, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. quod si aliquis vel aliqui ex vobis ad fratrum dictorum instantiam requisiti in publicatione executione ac aggravatione predictorum mandatorum et processuum nostrorum contra cives predictos necnon revocatione sententiarum dicti Mathie negligentes fuerint et remissi, discretis viris . . . abbati in Novillari ordinis sancti Benedicti . . . preposito ecclesie in Yttenwilr^d et . . . scolastico sancti Germani

40 a) *T om.* qua supra. b) *T nec.* c) *S qui.* d) *T Ytenwiler.*

¹ *Vergl. nr. 113.*

extra muros Spirenses Argentinensis et Spirensis diocesum nostris damus litteris in mandatis¹, quod eum vel eos ex vobis, qui adimplere contempserint omnia et singula supradicta, per se vel per alium aut^a alios excommunicatum seu excommunicatos publice nuncient vel faciant per censuram ecclesiasticam nunciari et nichilominus peremptorie ad nostram citent presentiam, ut vicesima die proxima non feriata post citationis ipsorum edictum compareant coram nobis per se vel per procuratores legitimos, quare nostris mandatis parere negligent, ostensuri et alias audituri ac recepturi, quod ordo dictaverit rationis. alioquin contra eos ad privationem beneficiorum et alias, quantum suadebit justitia, procedemus, eorum contumacia vel absentia non obstante. datum apud Novum Castrum Tullensis diocesis nonis septembris anno domini 1287, apostolica sede vacante.

S aus Straßb. St. A. Vord Dreizehn. Gew. lad. 71 or. mb. c. sig. pend. Auf dem Bug rechts B. de Fractis (?); Rückvermerk processus contra Argentinenses.

T coll. aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 vidim. mb. c. sig. pend., ausgestellt vom Bischof Symon von Worms 1287 (in die b. Thome apostoli) December 21 Worms.

Ebenda Dominic. lad. 5 vidim. mb. c. sig. pend., ausgestellt von den judices s. Moguntine sedis 1288 März 10 Mainz.

Stückweise gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 36^b i. Straßb. St. A. bei Schöpflin Als. dipl. II, 38 nr. 756.

126. Johannes Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus abbati in Novillari ordinis sancti Benedicti, preposito in Intenwilre ac scolastico sancti Germani extra muros Spirenses nuntiat, quod in magistros et consules tam presentis quam preteriti anni et quosdam alios cives Argentinenses eorumque fautores propter manifestas injurias priori et conventui fratrum ordinis predicatorum domus Argentinensis irrogatas sententiam excommunicationis promulgaverit et omnibus clericis per Argentinensem diocesim necnon infra legationis sue terminos constitutis mandaverit, ut eosdem in ecclesiis suis excommunicatos denuntient et ut sententias per Mathiam canonicum sancti Stephani Argentinensis in fratres predicatorum predictos latas tamquam inanes revocent eumque excommunicatum denuntient. legatus eisdem sub pena excommunicationis mandat, quatenus omnes, qui in executione premissorum negligentes fuerint vel remissi, ad denuntiationem fratrum dicti ordinis excommunicatos publice nuntient et ab omnibus artius evitari faciant citantes eosdem, ut die vigesima proxima non feriata post citationis edictum coram ipso legato compareant. alioquin contra eos ad privationem beneficiorum et alias procedet legatus. nomina citatorum et dies citationis legato intimentur fideliter. «cum nos propter manifestas.» datum apud Novum Castrum nonis septembris anno domini 1287, apostolica sede vacante. 1287 September 5 Neuschâteau.

T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend.

^{a)} *T add. per.*

¹ *Vergl. nr. 126.*

127. *Der päpstliche Legat Johannes trägt dem Archipresbyter in Neuweiler auf, mehrere genannte Geistliche, welche die von ihm gegen die Bürger von Straßburg gefällten Interdicts- und Bannsentenzen für ungiltig erklärt haben, zur Verantwortung vor ihm zu laden. 1287 September 5 Neuschâteau.*

5 Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus discreto viro . . archipresbytero in Novillari Argentinensis diocesis salutem in domino. cum Wernerus in Swindrasheim, Gotzo in Zabernia, . . in Lampertheim et Sifridus in Mittelburne ecclesiarum vicarii ad instantiam et mandatum Mathie canonici sancti Stephani Argentinensis, qui, prout accepimus, diabolica procul dubio et fantastica
10 quadam suggestione seductus, qui se a predicta sede conservatorem et iudicem magistris consilibus et universitati civium Argentinensium asserit deputatum, excommunicationis et interdicti sententias contra predictos magistros et consules necnon quosdam cives Argentinenses ac civitatem ipsorum per nos latas et processus nostros in suis ecclesiis publice irritas denuntiaverint et inanes, dictosque magistros consules
15 ac cives vel aliquem occasione ipsarum ligatos non esse nec posse ligari aliquibus nostris excommunicationis vel interdicti sententiis publice asseruerint in nostre jurisdictionis elusionem ac sedis predictae contemptum, nichilominus priorem^a et fratres ordinis predicatorum quondam domus Argentinensis excommunicatos publice nuntiando, discretionem tuam monemus attente nichilominus tibi sub excommunicationis
20 pena^b, quam in te exnunc prout extunc ferimus in hiis scriptis, si in nostri executione mandati ad fratrum dicti ordinis instantiam requisitus negligens fueris et remissus, quatinus infra triduum a receptione presentium predictos peremptorie cites ex parte nostra, ut die vigesima proxima non feriata post tue citationis edictum per se vel per procuratores idoneos sufficienter et peremptorie compareant coram
25 nobis suam, si poterunt, super hoc innocentiam ostensuri et alias audituri et recepturi, quod ordo dictaverit rationis; alioquin contra eos ad privationem beneficiorum et alias, quantum suadebit justitia, procedemus, ipsorum contumacia vel absentia non obstante. diem autem et nomina citatorum nobis tuis litteris non differas intimare. datum apud Novum Castrum Tullensis diocesis nonis septembris anno domini 1287,
30 apostolica sede vacante.

T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend.

128. *Der päpstliche Legat Johannes zieht die den Straßburger Frauenklöstern bewilligte Erlaubniß zurück, einmal in der Woche in einem der Klöster während des Interdicts Gottesdienst zu halten. 1287 October 29 Clairvaux.*

35 Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus . . priorisse sancti Marci ceterisque priorissis et conventibus sororum extra muros civitatis Argentinensis sub cura et regimine fratrum predicatorum degentibus salutem in domino. cum nos ut dicitur olim personis aliquibus de gratia speciali duxerimus

a) In beiden Wörtern sind die Buchstaben zum Theil durch ein Loch vernichtet. b) Zu ergänzen mandantes.
Str. II.

concedendum, quod semel in septimana in uno claustrorum vestrorum possent clausis januis divinis officiis interesse et recipere eucaristie sacramentum, quia per tales gratias solvitur nervus ecclesiastice discipline et aliis, quibus non conceditur gratia consimilis, scandalum generatur, omnes dictas gratias et indulgentias seu licentias cassamus irritamus et presentibus revocamus mandantes et inhibentes vobis, ne deinceps occasione dicte licencie ad divina aliquem admittatis. ceterum, si cuiquam auctoritatem concessimus personas de civitate Argentinensi absolvendi, quia nostras sententias non servarunt, licentias et concessionem easdem auctoritate, qua fungimur, revocamus. datum apud monasterium Clarevallis Lingonensis diocesis 4 kalendas novembris anno domini 1287, apostolica sede vacante.

T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend.

129. Johannes Tusculanus episcopus sedis apostolice legatus archiepiscopis et episcopis universis infra legationis sue terminos mandat sub pena suspensionis, ut sententias excommunicationis in magistros consules et quosdam cives Argentinenses necnon in Mathiam nomine canonicum sancti Stephani Argentinensis et interdicti in civitatem eorum latas exequi publicare aggravare et inviolabiliter observare curent. «cum nos propter manifestas.» datum apud monasterium Clarevallis Lingonensis diocesis 2 nonas novembris anno domini 1287, apostolica sede vacante. 1287 November 4 Clairvaux.

T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend.

Ebenda Dominic. lad. 5 vidim. mb. c. sig. pend., ausgestellt von Bischof Peter von Basel 1288 Februar 18 Basel.

130. Der päpstliche Legat Johannes ermahnt die deutschen Bischöfe, das über die Stadt Straßburg verhängte Interdict namentlich gegen die Reuerbrüder und Reuerinnen, welche dasselbe mißachten, streng durchzuführen. 1287 November 26 Clairvaux.

Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus venerabilibus in Christo patribus . . . archiepiscopis et episcopis universis infra partes Alamanie constitutis, ad quos presentes pervenerint, salutem in domino. cum nuper propter facinus in karissimos nobis fratres predicatores domus Argentinensis a magistris et^a civibus Argentinensibus perpetratum civitatem ipsorum inter alias graves et aggravatas sententias interdicto ecclesiastico subderemus^b, nostre sententie quidam multipliciter illuserunt. nam fratres et sorores de penitentia vel, ut superinducto utamur vocabulo, de tertia regula plus solito se apud fratres minores, quorum non magis interest quam aliorum, ingessere divinis et persuasibilibus humane sapientie verbis tamquam cujusdam exemptionis^c spe plurimos sibi atrahere studuerunt. profecto quibus hujusmodi temeritatis audaciam magis quam vobis et vestre negligentie imputemus? nam cum esset aliquando a vobis in vestros subditos lata excommuni-

^a) *T* magistris et zum Theil auf Rasur. ^b) *T* subderemus auf Rasur an Stelle eines längern Wortes.

^c) *T* exemptionis auf Rasur.

cationis et interdicti sententia, premisse persone apud dictos fratres minores et apud sanctam Claram vel alibi non sunt veriti audire divina et ecclesiastica suscipere sacramenta, unde factum est, ut jam in multis partibus Theuthonie soluto magis ac magis nervo ecclesiastice discipline pravi mucronem pontificum, quo piacula resecari
 5 consueverant, nesciant formidare, quam enervatam comperiunt cum facilitate detestabili claudicare. expergiscimini^a igitur, quorum est satagere, ne vineam domini sabahot vulpes demoliantur parvule, providentes, ne malis per moras longiores convalescentibus adhibeatur sera et inefficax medicina; set cito remedium conveniens apponentes non paciamini a prefatis personis auctoritatis vestre sententias violari. ecce enim nos
 10 fratres et sorores de penitentia sive de tertia regula, quorum habet concessio, sicut vidimus sub sigillo curie Argentinensis, quod tempore generalis^b interdicti possunt in locis privilegiatis audire divina et ecclesiastica recipere sacramenta, adjecto nisi causam interdicto darent vel id ipsis contingat specialiter interdicti in civitate Argentinensi expresse ac nominatim, specialiter interdiximus constituentes et precipientes
 15 firmiter sub pena excommunicationis, ne quis eorum durante interdicto nostro et causa civium Argentinensium cum fratribus predicatoribus presumat audire divina vel ecclesiastica suscipere sacramenta. universitati igitur vestre sub pena excommunicationis late in hiis scriptis precipimus, quatinus premissam sententiam ubique, sicut oportunum videbitur, ad requisitionem ipsorum fratrum predicatorum publicetis et
 20 eodem modo contra tales eciam vestras sententias inantea defendatis nichil hesitantes, quia privilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. datum apud monasterium Clarevallis Lingonensis diocesis 6 kalendas decembris anno domini 1287, apostolica sede vacante.

T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend.

25 *Gedruckt bei Sbaralea Bullar. Francisc. III, 599 (ex Rom. tabular. ordinis praedicat.) ohne Adresse und Datum.*

131. *Der päbstliche Legat Johannes ermahnt die Franciskaner von Straßburg, Schlettstadt, Hagenau und Offenburg, das über die Stadt Straßburg verhängte Interdict strenger zu beobachten und namentlich die Reuerbrüder und Reuerinnen
 30 von jeder gottesdienstlichen Handlung auszuschließen. 1287 [November 26] Claireaux.*

Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus religiosus viris dilectis nobis in Christo . . . guardianis et conventibus Argentinensi, Slezstatensi, Hagenowensi, Offenburgensi ordinis fratrum minorum salutem in domino.
 35 non sine gravi dolore cordis accepimus, vos fratribus predicatoribus adeo fore molestos pariter et infestos, quod cum pressuras civium Argentinensium evadere vel saltem equo tollerare animo potuissent, de vestris predicationibus publicis et familiaribus cum adversariis ipsorum consiliis adipisci nequiverunt hactenus justicie complementum, persuadentibus enim vobis, ut dicitur, vel ex vobis aliquibus, quod sentencie nostre
 40 contra ipsos cives late nullius vel parvi forent ponderis et quod licite pseudosacer-

a) *T die Silben isci auf Rasur.* b) *T generalis auf Rasur.*

dotum in Argentina celebrantium, cum sint interdicti et per nos excommunicati, possit populus insipiens audire divina. ex verbis enim hujusmodi involutis et expressis seu circumlocutionibus talibus ecclesie Romane et nobis illatum est obprobrium, ceteris periculum et plurimis scandalum procuratum. adhuc nempe dictos fratres non erubescitis concidere vulnere super vulnus, cum in ecclesias vestras in nostrarum sententiarum prejudicium introducitis de tertia regula promiscui sexus multitudinem, ibidem et apud sanctam Claram ac alibi prebentes ecclesiastica sacramenta, hanc regulam et ex ea regulares, cum ad vos non pertineat, nisi minister fratrum minorum et minister fratrum de penitentia idem numero dici possint. superveniente calamitate fratrum predicatorum instancius et constancius predicastis, vix compositis, ne dicamus, clausis hostiis celebrastis, ac si de illorum fletu vobis ridere liceat, qui flere cum flentibus gaudere cum gaudentibus debuistis. an excidere a memoria potuit, quod in primo sollempni edicto prohibuimus loci episcopo de nostro mandato exequente, ne vos vel sorores sancte Clare nostrum violaretis quomodolibet interdictum¹. porro hec non solum fratrum predictorum nova, set antiqua querella noscitur prelatorum, quod per ministros et fratres ac sorores predictas de penitentia, usitato vel ut ficto sermone «de tertia regula» dicamus, solvitur undique nervus ecclesiastice discipline. quapropter huic morbo tam generale quam efficax remedium adhibentes juxta tenorem privilegii ipsorum fratrum de penitentia et sororum, quod sub sigillo curie Argentinensis perspeximus, ubi dicitur: nisi causam dederitis interdicto vel id vobis contingat^a specialiter interdicti, ipsos fratres et sorores de penitentia sive de tertia regula durante interdicti nostri sententia contra cives memoratos specialiter et expresse interdicens et sub pena excommunicationis, quam monitione decem dierum premissa, exnunc prout extunc ferimus in hiis scriptis, prohibemus districte predictos fratres et sorores de penitentia, ne quispiam sive apud vos sive alibi presumat audire divina vel ecclesiastica recipere sacramenta, nisi salutis proprie contemptores velint sibi iudicium manducare. ceterum sedulitate paterna circumspectionis vestre prudentiam commoneamus, quatenus attendentes, quod vos una cum fratrum predicatorum ordine tamquam duo luminaria divina sapiencia in lucem gentium destinavit, non sinatis vobis lumen opprimi a potestatibus tenebrarum, sed eadem fides et compassio vos probet esse germanos, ut tollatur scandalum cum obprobrio dicentium: isti declinantes in obligationes alios cupierunt in necessitate, ut consueta uterentur cum favore plebejo libertate. datum apud monasterium Clarevallense Lingonensis diocesis 6^b decembris anno domini 1287, apostolica sede vacante.

T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend. Die Schrift des Stücks ist hier und da durch Wasser beschädigt und ausgelaufen. Für die Datirung November 26 spricht der Inhalt des Stücks im Zusammenhang mit nr. 130 mehr als für das Datum December 8, das ebenfalls in Betracht kommen könnte.

Gedruckt bei Sbaralea Bullar. Francisc. III, 597 (ex Rom. tabular. ordinis praedicat.) ohne Datumsangabe.

a) *T* contitigat. b) *T* kalendas wohl vergessen.

¹ *Vergl. nr. 125.*

132. *Der päpstliche Legat Johannes fordert die deutschen Bischöfe auf, gegen die Straßburger Bürger, falls sie auf ihren Feindseligkeiten gegen die Dominikaner beharren, die weltliche Macht zu Hilfe zu rufen, und untersagt besonders mehreren Städten, ferner Handelsverkehr mit denselben zu pflegen. 1287 December 8 Clairvaux.*

5 Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus venerabilibus in Christo patribus . . . archiepiscopis et episcopis per partes Alamanie constitutis, ad quos presentes pervenerint, salutem et sinceram in domino caritatem. cum circa consules et cives Argentinenses multa remedia temptaverimus, ut salutis sue non essent prodigi, set pre oculis habentes iudicium magni dei ab injuria fratrum
10 ordinis predicatorum Argentinensium desisterent et post sententiarum a nobis in ipsos latorum aculeos respiscerent, nec profecerimus eo, quod post expulsionem ipsorum fratrum adhuc a tergo dispersos insaciabiliter persequuntur edendo statuta ut dicitur, et proponendo edicta ac pollicendo promissa, quatinus dicti fratres capti-
15 vitatem personarum, atrocitates vulnerum aut mortis exterminium paciantur, paternitatis igitur vestre constanciam monemus et ortamur^a in domino et nichilominus vobis omnibus et cuilibet vestrum sub pena suspensionis, quam in vos et vestrum quemlibet ferimus exnunc prout extunc in hiis scriptis, si hujusmodi nostrum mandatum neglexeritis adimplere, districte precipimus, quatinus, cum a fratribus premissis fueritis requisiti, quindecim dierum monitione premissa, nisi dicti consules et cives
20 hujusmodi statuta deleverint, edicta retractaverint et, quecumque in ipsorum fratrum injurias machinati sunt, emendaverint ac de illatis injuriis satisfecerint competenter, aut si domum jam dictorum fratrum, quam sub protectione sedis apostolice dudum^b specialiter suscepimus, destruxerint, contra ipsos invocetis auxilium brachii secularis, precipientes in virtute obedientie et in remissionem peccaminum injungentes principibus
25 ducibus marchionibus lantgraviis comitibus baronibus militibus iudicibus consulibus et aliis, qui ex dispensatione divina non sine causa gladium portant, quatinus corroborato virtutis brachio et accensi zelo, quo etiam usque ad mortem fidelis quisque pro justitia non immerito agonizat, adversus consules et cives predictos consurgere non formident, bona ipsorum tam diu auctoritate presentium capientes et detinentes,
30 donec ipsis fratribus satisfaciant de preteritis in eos excessibus et de non inferendis in futurum prestant ydoneam cautionem. licet itaque cum excommunicatis communicare non liceat, set hiis generaliter omnibus juris auctoritas interdicat, quia tamen plus timeri solet, quod specialius inhibetur, nos cum eisdem magistris et civibus Argentinensibus tot excommunicationum sententiis innodatis universis et singulis
35 Christi fidelibus et specialiter Basiliensis, Vriburgensis, Columbariensis, Slezstatensis, Spirensis, Warmaciensis, Maguntinensis et Coloniensis civitatum et opidorum civibus universis et singulis interdiciamus commercium omne spontaneum ita, quod ipsis nec ab eisdem civibus Argentinensibus emere aut ipsis aliquid vendere liceat vel aliquem cum eis contractum seu quamcunque obligationem inire. porro ad executionem
40 presentium mandatorum universos vos et singulos teneri volumus ita, quod in

a) *T* hortatur. b) *T* om. dudum. c) *T* om. Christi fidelibus et specialiter Basiliensis et rep. interdiciamus commercium omne spontaneum.

executione sub pena predicta alter alterum non expectet, quin etiam ad ea, que aliis in hoc negotio facienda mandaveritis, noveritis similiter vos teneri. datum apud monasterium Clarevallis Lingonensis diocesis 6 idus decembris anno domini 1287, apostolica sede vacante.

T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend.

T 1 coll. ibid. or. mb. c. sig. pend.

5

133. *Der päpstliche Legat Johannes gestattet den Dominikanern von Straßburg, sich innerhalb der Straßburger Diöcese nach ihrem Belieben niederzulassen, und droht Allen, welche sie daran hindern würden, mit Bann und Interdict. 1287 December 8 Clairvaux.*

10

Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus dilectis nobis in Christo. .priori et fratribus quondam domus Argentinensis salutem in domino. licet de domo vestra, in qua sedulum domino consuevistis impendere famulatum, vis civium vos ejecerit importuna, nolumus tamen, quod finaliter sic Argentinensem diocesim relinquatis, quominus devoti vestri optato in consiliis et confessionibus solatio potiantur. scimus enim, quod subducta luce tenebra terram et caligo didicit populos opperire et relegatis pastoribus hujus aeris lupo caulis ovium invigilat, deficientibus quoque vere fidei predicatoribus, hereses haut dubium pullulabunt. quapropter, non obstante contradictione cujusquam, in diocesi predicta et aliis vicinis oppidis secundum quod oportunum judicaveritis, de consilio. .prioris provincialis vestri vobis parate convenientes vestro proposito mansiones, in quibusdam cum altari portatili sine juris prejudicio alieni celebrantes, in quibusdam tanquam ab apostolica sede missi pariter et vocati oratoria et officinas alias erigentes. quicumque vero vos receperint et foverint tanquam dei domesticos et amicos, pax et benedictio super illos. qui autem vos expulserint vel ejecerint maxime timore civium Argentinensium vel favore, nisi infra octo dies vos revocaverint cum honore, quam diu absentes fueritis^a, loca eorum extunc maneat et sint auctoritate presentium supposita interdicto, et consules locorum eorundem hoc agentes seu consentientes excommunicationis sententiam incurrant, quam exnunc prout extunc in eos ferimus in hiis scriptis. cooperatione enim et favore dampnabili communicant in crimine criminosis. nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre ordinationis concessionis et vocationis infringere vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. datum apud monasterium Clarevallis Lingonensis diocesis 6 idus decembris anno domini 1287, apostolica sede vacante.

T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 4 or. mb. c. sig. pend.

T 1 coll. ibid. or. mb. c. sig. pend.

a) *T 1 add. quia sunt divinis indigni auf Rasur.*